



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. XVIII. Expenduntur varij loci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

omnes intellexisse, & contextui Scripturæ suæ recte conueniunt: talis itaque debet esse rerum conuenientia inter se, & cum ipsis vocibus, vt vnam, & aliam significare, eidem literæ, & contextui dissonum non sit. Hoc pacto censerem in illo loco Isaïæ 53. *Generationem eius quis enarrabit?* duos sensus literales contineri, & generationis æternæ, & temporalis: vtrique enim ita admirabilis est, ac proinde quo ad hoc vnam, & eandem subire videtur rationem, vt admirans Propheta merito dixerit, *Generationem eius quis enarrabit?* Optime autem vtrumque sensum contextui conuenire, sequenti disput. videbimus; vbi plures alios locos Scripturæ examinabimus, sub quibus videntur plures sensus literales contineri: & hoc temperamento adhibito, veriorum existimo posteriorem illam sententiam.

De mystico vero non est eadem ratio, cum rebus ipsis, non verbis proxime significetur. Quare Spiritus sanctus potuit mysticum aliquem sensum intelligere, quem facer Scriptor minime sit affectus. Scriptori enim, qui non tantum excipiebat dictata, sed etiam conceptum mentis suæ exprimere volebat, satis fuit vt vocibus ipsis ad significandum, etiam si rebus ad eundem effectum non vteretur: ad supremum namque auctorem, qui scriptorem mouit, spectant, ipsis etiam rebus in historia narratis, aliquid amplius posteris denotare. Quocirca necessarium fuit, vtrūque sensum, literalem scilicet, & mysticum ex intentione Spiritus sancti eidem literæ subesse, etiam si Scriptor solum nouerit literalem.

CAPVT. IV.

Solutio argumentorum vtriusque opinionis.

Ed quia relicta priori sententia adhibito temperamento, posteriorem secuti sumus, satisfaciendum est rationibus vtriusque, quæ contra nos pugnare videntur. Ad primam Medinæ respondeo, non tam ex illo timore, quem suspicatur hic auctor, quam propter auctoritatem Augustini posteriorem sententiam apud plures, & primarios obtinuisse: neque enim opus est, vt ea, quæ in nouo testamento allegantur, etiam si addatur illud, *Vt adimpleretur*, in sensu literali recitentur; satis est, vt aliquando in sensu mystico intelligantur, vt disp. 14. dictum est.

Ad secundam rationem dico, non esse tot locos in scriptura, quot aliqui communiter existimant, vt sequenti disputatione videbimus, qui plures sensus literales contineant: sunt tamen aliqui, ex quibus vnum iam præcedenti c. recitauimus.

Tertia ratio optime probat id, quod superius in secunda notatione dictum est, nimirum ita concedendos esse sub eadem litera plures sensus literales, vt tamen non sint nimium diuersi, & parum coherentes: hoc enim videretur potius vitium Scriptoris, quam fecunditas doctrinæ. Sensuum autem varietas modo prædicto nil roboris tollit Scripturæ, ad probandum dogmata fidei nostræ. Ceterum valde notandum est locos Scripturæ, ex quibus mysteria nostræ religionis præcipue pendent, nihil habere obscuritatis ex multiplici sensu sub eadem litera, licet aliqui difficiles sint propter variam lectionem.

Ad rationes vero secundæ sententiæ facile etiam responderi potest, & in primis testimonia Patrum c. 3. explicata manent. Ad primam autem rationem

Vasquez, in 1. part. Tom. 1.

dico, quauis Deus secundis sit intelligentia, vt possit vno verbo multa, & maxime diuersa exprimere; id tamen facere noluit, quoniam Scriptura solum utebatur, vt nobiscum loqueretur, & res gestas, aut mysteria hominibus significaret. Significatio autem pensari debet non ex fecunditate loquentis, sed ex audientium capacitate, alioqui qui non se accommodaret audientibus, reprehensione dignus esset: & quamvis ob rationes superius dictas plures locos obscuriores in scriptura Deus reliquerit: saltem non debuit præter consuetum morem tam diuersa, & minime coherentia eadem Scriptura denotare. Accedit quod Scriptore sacro Deus utebatur, vt instrumento ratione, & intelligentia prædito, qui ea, quæ mente intelligebat, more hominum scripto significabat. Quare tam varia, & minime conuenientia eadem Scriptura exprimere non debuit, vt secunda opinio contendit.

Ad secundam rationem respondeo, non esse eandem rationem rerum, & vocum ad significandum; voces enim accipiuntur secundum vulgarem, & communem apud omnes significationem, ex quibus oratio etiam eo modo componi debet, vt contextui eorum, quæ narrantur, optime quadret: consuetum vero non est, eadem oratione tam varia, & minime coherentia significari: res autem non significant apud omnes ex vsu vulgo recepto, sed prout quisque voluerit, potest rebus hoc, aut aliud denotare: tum etiam significatum per voces debet esse audientibus manifestum: at rerum significatum est reconditum: ideoque mysticus, & spiritualis sensus dicitur. Ex eo igitur, quod rebus plura maxime diuersa, & minime coherentia denotentur, non sit, vt vocibus etiam significari debeant.

Ad priorem vero partem tertiæ rationis de locis obscurioribus, quos varie Patres interpretantur c. 3. satis dictum est: ad posteriorem vero de locis, in quibus cogimur plures sensus concedere, sequenti disputatione dicemus.

DISPUT. XVIII.

Expenduntur varij loci.

Notationes quedam. cap. 1.

Locus Psalmi 2. *Dominus dixit ad me. cap. 2.*

Locus Genes. 1. *In principio creauit Deus. cap. 3.*

Locus Danielis 9. *Et erit in templo abominatio. cap. 4.*

Locus Isaïæ 13. *Languores nostros. c. 6. cap. 5.*

Locus Isaïæ 53. *Generationem eius quis enarrabit? cap. 6.*

CAPVT. I.

Notationes quedam.

Reliquum est, vt examinemus nonnullos Scripturæ locos, quibus plures sensus literales subesse putant, qui secundam sententiam in præced. disp. secuti sunt. Pro explicatione tamen eorum, quæ dicemus, præmittendum est primum, frustra à quibusdam eos locos afferri, qui propter variam lectionem diuersos etiam literales sensus continent: sic enim eidem literæ non multi sensus assignantur, sed idem Hebraicus textus diuerso modo translatus varia significat: nunc autem inquirimus de variis sensibus literalibus sub eadem omnino litera, & lectione. Translationis autem varietas multis de causis accidere solet: quacunque vero ratione sit introducta, etiam si in ipsamet vulgata editione inueniatur, de ea præsens controuersia intelligenda non est.

G

Quatuor

Isaia 53.

10.

Mysticus sensus non necessarius patet sacro Scriptori.

12.

Solutio secundæ rationis.

13.

Solutio primæ Medinæ Argumentum.

Secundæ solutio.

Ad tertium respondetur.

Sensus literales oportet coherere, esse.

Solutio primæ rationis pro secundæ sententiæ.

*Varietas
translationum
causa.*

*Hieronym.
Genes. 47.
Paul. ad
Hebræ. 11.*

Quatuor autem præcipuæ causæ sunt, ex quibus lectiois varietas ortum habet, quarum duæ priores ad codices pertinent Hebraicos, duæ vero aliae ad Latinos, vel Græcos. Prima est mutatio, & varietas punctorum, seu vocalium: cum enim Scriptor Hebraicus patrio more solis consonantibus dictiones singulas describeret, sub quibus puncta, seu vocales ex usu intelligebantur, factum est, ut 70. Interpretes alias vocales intelligentes, alio modo quam Hieronymus, & alij Hebræi, transfulerint, quæ quidem varietas in ipsa etiam vulgata reperitur. Nam Genes. 47. Hieronymus sic legit: *Quo iuvante adoravit Israel conuersus ad lectuli caput.* Paulus vero ad Hebr. 11. secutus versionem 70. hoc modo transfert: *Et adoravit fastigium virgæ eius:* vtraque autem lectio in vulgata reperitur: hoc modo mirum non est, sub eodem loco plures sensus latere. An vero Spiritus sanctus ita mouerit Hebraicum Scriptorem, ut illis consonantibus dictiones describens puncta diuersa sub eis intelligi voluerit, & ad diuersas voces exprimendas eisdem consonantibus fuerit usus, non est huius loci. Dicemus de hac re. 2. 3. q. 1. artic. 10. ubi de auctoritate vulgata editionis quoad omnes partes, & singula verba tractabimus.

Secunda causa varietatis lectionis, est ambiguitas vocis Hebraicæ, ex qua profectæ sunt varietates eiusdem loci versiones. Quod si vtraque versio non sit in ipsa vulgata editione, ad præsentem questionem non refert: facile enim quisque dicere potest, eam rem voluisse Hebraicum Scriptorem solum significare, quam editio vulgata Latine expressit ex qua solum argumentamur ad confirmanda dogmata fidei nostræ quod ea tantum ut regula fidei proposita sit: aliæ vero, maxime 70. licet non sint contemnendæ, non tamen ab Ecclesia quoad omnes earum partes ita sunt approbatæ. Si vero hoc secundum genus diuersæ lectionis in ipsamet vulgata reperitur, sicut primum, idem quod de illo, dicendum est.

Tertia causa varietatis lectionis est varietas codicum Latinorum, quæ vel errore Scriptorum, vel alia via orta est.

Quarta causa est varietas punctorum, quibus periodi, & clausulæ distinguuntur. Vbi cumque igitur fuerit huiusmodi varietas lectionum, vel alia quæcumque, non potest non esse varietas sensus literalis: nunc autem de varietate huius sensus sub eadem omnino lectione differendum est.

Psalm. 2.

Deinde obseruandum est, non esse diuersos sensus eiusdem loci, neque varias lectiones, quoties ad idem omnino significandum referuntur, etiam si res ipsæ varietat, & diuersæ videantur. Sicut contingit in illo versu Psalm. 2. *Apprehendite disciplinam:* quem sic habemus ex translatione 70. alij vero nulla facta mutatione punctorum textum Hebraicum ad litteram sic vertunt: *Osculamini puritatem,* alij, *Osculamini pure,* alij, *Osculamini filium:* sensus tamen eodem recidit: exhortatur enim versus ille, ut verum Messiam, quia dixerat eodem Psalmo: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te:* & legem, seu disciplinam illius reuerentur omnes excipiant; & quia osculum est signum subiectionis, & reuerentiæ, idem est osculari filium, atque ipsum, eiusque doctrinam pure, & reuerenter excipere. Nunc igitur quod ad præsentem spectat questionem, superest, ut expendamus aliquos locos, qui sub eadem omnino littera, seu lectione

variis sensus continere videntur. Ex Theologis autem recentioribus, qui secundam amplectuntur sententiam relata superiori disputatione, fere omnes fatentur, paucos esse huiusmodi locos, eos tamen qui solent afferri, hic subiiciamus.

CAPVT. II.

Locus Psalmi 2. *Dominus dixit ad me.*

Omissis quibusdam Scripturæ locis allatis disp. 14. qualis est ille Osee: 1. *Ex Aegypto vocavi filium meum, &c.* in quibus non duos sensus literales, sed alterum literalem, alterum mysticum, aut accommodatum contineri, monstrauimus: in primis examinandus nobis est locus Psalm. 2. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te:* quo duplex sensus literalis nonnullis significari visus est. Primum enim significatur æterna Christi generatio, quia ad hanc comprobendam recitatur a Paulo ad Hebr. 1. in hunc modum: *Cui enim Angelorum dixit Deus. Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Sicque Paulum interpretantur Rufinus, & Augustinus. Idem Augustinus in Ench. cap. 49. & in lib. aut oratione de quinque hæresibus cap. 4. post medium: Chrysostomus, & Theophyl. & Oecumenius in cap. 1. epistolæ ad Hebr. Tertullia, aduersus Praxeam. c. 7. & 11. in eundem modum intellexisse videtur Athanasius in oratione contra Arrian. quæ est post 4. sermonem, & in Epistola decret. contra Arrium in synodo Nicena. Pulchre autem verbo præteriti temporis *Genui*, & aduerbio præsentis, *Hodie*, generatio æterna describitur; habet enim aliquid præteriti nimirum perfectionem, & consummationem, præsentis vero perseverantiam sine successione, qua omnia simul tempora complectitur, ut enim optime Augustinus notauit: *Vbi dies nec hesterni sine inchoatur, nec initio crastini terminatur, semper hodiernus est.* Assignat autem Paulus differentiam inter Filium, & Angelos, quod Filius genitus dicatur ex Patris substantia, Angeli vero non geniti, sed facti, iuxta illud Psalm. 103. *Qui facit Angelos suos Psalm. 103. Spiritus.*

Præterea eodem loco significari videtur generatio Christi secundum carnem quam indicat particula *Hodie*. Ita intelligunt Gregor. Nyssenus, homil. 2. in Ecclesiasten, Oecumenius, & Theodoretus in cap. 1. ad Hebr. quantumvis Oecumenius vnam & alteram afferat expositionem. Idem Cyprian. libr. 2. aduersus Iudeos testimonio 8. & August. in lib. questionum noui, & veteris testamenti quæst. 54. nisi quod Augustinus refert hæc verba ad generationem temporalem, quam putat factam in baptismo, cum audita fuit vox illa: *Hic est filius meus dilectus, &c.* Tandem eodem testimonio significari videtur Christi resurrectio: nam Paulus Actor. 13. ita ait: *Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad Patres nostros repromissa facta est: quoniam hæc Deus adimpleuit filiis vestris, resuscitans Iesum, sicut in Psalm. 2. scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* In quo sensum eundem locum interpretantur Hilarius, & Chrysostomus. Illum Psalm. 2. quos sequi videtur Ambrosius lib. 3. de Sacramentis cap. 1. Quare non solum ex Patribus, sed etiam ex Paulo, qui prædicto testimonio bifariam usus est, duplicem sensum literalem illius colligere necessarium est.

Respon-

Primo explicatur de æterna Christi generatione. Ad Hebr. 1. Rufin. Augustin. Chrysost. Theophil. Oecumen. Tertullia. Athana.

Secundo ad temporali. Nyssen. Oecumen. Theodor.

Cyprian.

Augustin.

Tertio de resurrectione. Actor. 13.

Psalm. 2.

Hilar. Chrysost. Ambros.

Respondeo tamen, imprimis nullum esse ex Patribus qui plane fateatur duos sensus literales illius loci, sed ipsorum quidam vno modo, alij vero alio modo interpretantur: ex quo non licet colligere plures esse sensus literales illius: ut enim disputatione precedenti notauimus, longe diuersum est, eundem locum varie à Patribus explicari, & duos esse sensus literales illius. Præterea non solum nullus ex Patribus dicit duos esse sensus literales illius loci, sed etiam expresse Nyssenus, & Theodoretus affirmant, non de æterna, sed de temporali generatione tantum esse intelligendum. Adde quod Beda, Lyranus, Dionysius, & Caietanus in illud Act. 13. asserunt, testimonium illius Plal. non ad probandam resurrectionem, sed diuinitatem Christi à Paulo recitari: ex quorum sententia, quanquam eorum expositio mihi non probatur, ut inferius ostendam, sequitur, non esse plures sensus literales illius loci: cur ergo recentiores nonnulli indubitatum esse putant plures sensus literales eo loco contineri?

Nyss.
Theodoret.
Beda.
Lyr.
Dionys.
Caiet.

Vnde tam-
in esse illius
loci sensum

6.
Ambr.

Explicatur
de die resur-
rectionis.

Ad Rom.

Matth. vi.

Resurrectio
generatio
dicitur in
Scriptura.
Matth. 19
Ad Coloss.

Quare ego censeo vnicum tantum esse, quem mea quidem sententia Paulus Act. 13. palam expressit, nimirum resurrectionis Christi secundum humanitatem, de cuius resurrectionis die intellexit illud, Ego hodie genui te, hoc est, ut exponit Hilarius, suscitauit te: cui conuenit Ambrosius his verbis: Quando redemisti populum, quando ad cæli regnum vocasti, quando implesti voluntatem meam, probasti meum te esse filium. Illud ergo, Hodie, diem significat, quo absoluta causa redemptionis humanæ, se esse genitum à Patre Christus declarauit. Sic autem non ipsa generatio æterna, sed illius manifestatio in gloriosa resurrectione eo Plalmo describitur: sicut ad Rom. 1. dicitur: Qui prædestinatus est filius Dei in virtute ex resurrectione mortuorum, hoc est, in resurrectionis die declaratus. Hoc autem voluisse Paulum Act. 13. eo testimonio probare contextus ipse demonstrat: nam cum dicit, sicut scriptum est, particula *Sicut*, refertur ad id, quod præcessit: vel ergo ad promissionem factam, vel ad impletionem promissionis neutri autem quadrare potest: superest igitur ut referatur ad illud, *Resuscitans Iesum*, &c. Ad æternam vero generationem aut diuinitatem Christi, non video, quo pacto referri possit, ut Beda, & alij volebant. Tum quia sic nulla esset coniunctio textus, tum etiam quod nulla eo capite diuinitatis, aut generationis æternæ fiat mentio. Circumstantiæ vero Plalmi perspicue indicant eam partem intelligendam esse de Christi humanitate: nam quod dicitur constitutus rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, de Christo secundum humanitatem intelligitur: sicut & illud *Postula à me, & dabo tibi gentes*, &c. quod in ipso resurrectionis tempore impletum est, in quo Christus Matth. vi. dixit: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra: euntes ergo docete omnes gentes*: quas scilicet Deus dederat ipsi in hæreditatem, & possessionem. Reurrectio quoque in Scriptura generatio dicitur Matth. 19. *In regeneratione cum sederis filius hominis*: & ad Coloss. 1. Christus appellatur primogenitus mortuorum. Vtrum vero Plalmus ille in sensu literali de Christo, an solum mystice sub figura Davidis, intelligendus sit, non est hoc loco disputandum: sic ergo intelligerem illorum Patrum sententiam, qui putant hoc testimonio temporalem Christi generationem signifi-

Videtur in 1. part. Tom. 1.

ficari, ut nō ad eam, quæ in vtero Virginis facta est, sed ad resurrectionem modo explicato referatur.

Ceterum hunc etiam locum Plalmi ad aliquid aliud probandum ad Hebr. 1. recitari, negandum non est: inde tamen colligere non licet duos esse sensus literales illius quoad eandem partem: neque enim refertur ad confirmandam æternam Christi generationem, ut aduersarij contendunt, sed solum ad ostendendam filiationem æternam illius. Ad hoc vero inducitur prior illa pars: *Filius meus es tu*, alia vero *hodie genui te*, non ad aliquid probandum, sed tanquam pars eiusdem versus citatur. Nam Paulus ibi non de generatione æterna Christi, sed de diuinitate illius disputat, ostendens eum tanto esse Angelis digniorem, quanto excellentius nomen, nempe filij hæreditauit: quod nullus vnquam Angelorum sortitus est. Ideo dixit: *Cui enim Angelorum dixit Deus: Filius meus es tu?* Hoc est quem vnquam Angelorum filium appellauit? Quamuis igitur eo testimonio non velit Paulus idem vtroque probare tamen non sequitur quoad eandem partem duplicem esse sensum illius; siquidem ad Hebr. 1. vrget Paulus particulam, *Filius Actor vero 13. particulam, genui te.*

7.
Quomodo
de æterna
generatione
Ad Hebr. 1.

8.

CAPUT III.

Locus Genes. 1. In principio creauit Deus.

Secundum testimonium est Genes. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* Cuius loci omnia illa sensuum varietate ab August. enumerata 12. confess. c. 20. quam putauit eodem lib. c. 30. & 31. ex intentione Spiritus sancti, imo etiam ipsius Scriptoris significari, hoc enim difficile satis est, recentiores adhuc contendunt alia efficaciori ratione plures sensus illius ostendere; non quod alij Patres varie illum locum interpretentur; hoc enim satis non est; ut disput. precedenti notauimus; sed quoniam ex hoc loco duæ Catholice veritates sunt ab Ecclesia definitæ. Altera mundum initio temporis cœpisse; altera, omnia simul eodem temporis momento spiritualia, & corporalia condita fuisse. Quare illud, *In principio*, duo significabit; vnum: *In initio temporis*: alterum *antequam quidquam aliud faceret Deus*. Vtramque veritatem ex eodem loco Genes. dicunt esse definitam in Concilio Lateran. sub Innocentio 3. & refertur in c. *Firmiter* de Sum. Trin. & fid. Cath. Ego tamen existimo, prædicta ratione non recte probari, duos esse sensus literales illius loci. Tum quia non est vtraque illa veritas definita in Concil. Lateran. ut aduersarij contendunt, quod fusius monstrabitur infra disp. 222. cap. 4. Tum etiam quoniam Concilium non affert testimonium illud in confirmationem vtriusque veritatis, sed alterius tantum.

Genes. 1.

Con. Late.

CAP. IV.

Locus Daniel. 9. Erit in templo abominatio.

Tertio affertur solet illud Danielis 9. *Et erit in templo abominatio desolationis; & usque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio.* Quam sane negare non possumus Christum Matth. 24. prædixisse futuram, vel in vastatione Ierosolymitana, vel, ut aliqui malunt, in aduentu Antichristi. Primo etiam lib. Mach. cap. 1. sub rege Antiocho Epiphane, qui idolum adorandum in templo proposuit, huius prophetiæ exitum Scriptura demonstrat; est ergo duplex sensus propheticus illius loci in ipsamet Scriptura expressus.

Daniel. 9.

9.
Matth. 24.

1. Mach. 1.

G 2

Verum

Verum nullus est ex Patribus, qui asserat eo loco duas illas abominationum desolationes à Daniele propheta fuisse prædictas, & eam cuius fit mentio in libris Machabæorum, & quam Christus futuram prænuñciauit. Quamvis autem futurā post Christum interpretes varie intelligant: id tamen non cogit plures sensus sub eo loco intelligere, ut supra notatum est. Ceterum 1. lib. Machab. cap. 1. non refertur prophetia Daniel, quasi tunc esset impleta, imo nec vlla illius mentio fit; sed describitur nefarium Antiochi facinus, qui idolum in templo proposuit adorandum, & omnia sacra profanavit. Auctor autem illius libri appellat abominationem idolum desolationis, per accommodationem solum usurpans verba Daniel, quæ in illud idolum abominandum tempore illius desolatione Sanctuarij optime conveniebant: sicut eodem c. applicans verba Tobia 1. & Amos 8. diebus festis Iudeorum sub eodem Antiocho rege dicit, *Dies festi eius conversi sunt in luctum, Sabbathæ eius in opprobrium*, non ait, tunc impletam esse prophetiam, sed narrans luctum eiusdem rationis, eisdem verbis describit. De accommodatione horum locorum dictum est disput. 14. c. 1.

CAP. V.

Locus Isaia 53. *Languores nostros, &c.*

Quartus locus est Isaia 53. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Quem Petrus 1. epist. cap. 2. de peccatis nostris videtur intellexisse, cum de Christo ait: *Qui peccata nostra ipsa pertulit super lignum*: hoc est, eorum pœnas in ligno crucis persolvit. Quem sensum ipse cōtextus Isaia comprobat. Matthæus vero 8. cap. narrans corporales hominum ægrotudines à Christo sanatas, refert hoc testimonium, & inquit: *Ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem: ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes portavit.* Habemus igitur duos sensus illius loci in novo testamento expressos. Matthæum enim sola verborum allusione, & accommodatione hoc testimonium non recitalle, constat ex dictis disp. 14. cap. 3. & 4. dixit enim Evangelista: *Ut adimpleretur, &c.* quem modum loquendi in solam verborum accommodationem non posse convenire ibidem monstratum est: necesse ergo est, saltem in sensu mystico, testimonium illud allegari: at non videtur, ex duobus sensibus prædictis, quis nam illorum sit mysticus: uterque igitur erit literalis. Nullum autem eorum esse mysticum patet, aut enim morborum corporaliū curatio ad literam significatur, peccatorum vero, quæ sunt spirituales ægrotudines, mystice, ut docet Anselmus in illum locum Match. hoc autem esse non potest. Nam Isaias de morbis spiritualibus, & peccatis videtur locutus, ut sentiunt Athanasius Oratione 4. contra Arianos aliquantulum ante medium, Elias Cretensis in orationem 1. apologeticam Nazianzen, explicans illa verba, *Per omnes dimicat, &c.* Chrysost. homil. 28. in Matth. Theophil. & Euthym. in c. 8. Matth. Nicetas in orat. 39. Nazianz. quæ est in sancta lumina, explicans illa verba: *Ipsæ quidem hominem, &c.* Cyril. lib. 5. in Isaia quem sensum verba, & cōtextus Isaia plane demonstrant. Neque enim dixit: *Vere languores nostros ipse abstulit.* sed, *tulit.* Hoc est, in se ferendo suscepit quod Petrus dixit *Pertulit in corpore suo.* Deinde ait: *Et dolores nostros ipse portavit*: id est, supplicia nostris peccatis debita,

pro nobis subire voluit, quorum utrumque Isai. 70. discrete explicavit hoc modo. *Isaia peccata nostra portat, & pro nobis dolet.* Quare statim subiungit Isaias: *Et nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo.* Loquitur igitur de Christi passione, qui sustinens pro nobis, quæ merebantur supplicia, existimatus est ab hominibus leprosus, & percussus à Deo propter sua delicta. Quare ferre languores & dolores portare, apud Isaiam, non est ægrotudines tollere, & sanare infirmitates, sed suscipere in se nostra peccata debito supplicio laenda: sensus ergo literalis de spiritualibus morbis esse debet.

Sed neque è contrario dici potest morbos corporales mystice significari, & in eum sensum recitari testimonium ab Evangelista, ad cōfirmandum Christi miraculum in morborum curatione. Nam peccatorum sanatio non debuit esse figura curationis ægrotudinum corporaliū, sed potius contra. Cum ergo Matthæus dicat prædictam fuisse ab Isaiā morborum corporaliū curationem, nec in sensu mystico intelligi possit prophetia ut probatum est; nec per solam accommodationem testimonium asseratur, ut superius dicebamus, cogimur planè duplicem sensum literalem illius loci admittere.

Ego vero existimo, necessarium non esse duos sensus literales illius loci fateri, etiam si eo testimonio ad literam intellecto, duplex illa curatio possit probari corporaliū nimirum morborum, & spiritualium. Hoc autem primo mihi suadeo, quod nullus ex Patribus citatis qui propositam difficultatem viderunt, dixerit duos esse sensus literales illius loci. Secundo, quia litera ipsa Isaia utrumque sensum non exhibet tanquam diversum: ut enim eo testimonio sanatio corporaliū morborum expresse significaretur, non debebat dicere Propheta, *Languores nostros ipse tulit*, sed *abstulit*, & *dolores nostros ipse portavit*, vel *pro nobis doluit*, sed *dolores nostros ipse leniuit*. Christus autem in se morborum nostrorum corporaliū nihil assumpsit: abstulit enim lepram, sed ipse pro nobis leprosus non fuit: abstulit febrem, sed nunquam pro nobis febricitavit. Dicitur autem peccata nostra in se tulisse, quia, quas merebamur pœnas, ipse persolvit, ut explicatum est: quæ etiam ratione existimamus fuit leprosus, & percussus à Deo. Verba ergo Isaia si vim illorum expressam attēdamus, non significat literaliter morborum corporaliū curationem. Tercio quia Anselmus videns propositam difficultatem dixit, testimonium Isaia ad ægrotudines corporales mystice tantum referri; cuius sententia, licet in hoc mihi non probeur, in eo tamen vera est, quod duplicem sensum literalem diversum non concedit.

Ad difficultatem igitur propositam respondeo, Isaia testimonium ad literam intelligendum de peccatorum sanatione, quod satis convincunt rationes superius factæ. Ex testimonio quidem B. Petri non potest hic sensus tam aperte confirmari, cum ille non referat Isaia prophetiam, sed tantum ad verba illius alludere videatur: licet ego non dubitem, verum sensum huius prophetiæ usurpatis verbis, Petrum explicare voluisse. Quod vero Matthæus recitet testimonium hoc ad probandum corporaliū morborum curationem, nihil obest. Respondent enim Chrysostomus Euthymius, & Theophil. locis citatis, etiam si Isaias de

Sub Antiocho non est impleta hæc prophetia.

Tobia 2.
Amos 8.
10.

Matth. 8.

Dubitantia
ra. 10.

Anselm.
11.

Athanas.
1. orat.

Chrysost.
Theophil.
Euthym.
Nicet.
Cyril.

Antioch.
placitum.

13.

Expresse de
languoribus
spiritualibus.
& tacite
de corporaliū
lib. loquitur
Isaias.

Chrysost.
Euthym.
Theophil.
de

14. de peccatis illud dixerit, allegari tamen ab Euangelista pro curatione morborum corporaliū, quod plurimi eorum a peccatis oriantur. Non tamen latius explicant, quia ratione Matthæus ad hunc finem testimonium applicauerit. Euthymius inquit nihil vetare morbos corporales ex peccato profectos, peccata etiam appellare. Sed hoc modo non video, quomodo testimonium Iſaiæ instituto Matthæi deſeruire poſſet, cum de illis morbis non dicat Iſaias, *Languores noſtros ipſe tulit*, id eſt, *perſulit aut portauit*. Chryſoſtomus autem vnico verbo reſpondet, nempe hiſtorice acceptum eſſe testimonium Prophetæ ab Euangelista: quod ſi intelligat ea ratione, quia literalis ſenſus hiſtoricus etiam dicitur, non conſtat cum ipſis, quæ ſuperius dicta ſunt.

Rupertus, Titelmannus, & alij recentiores dicunt, testimonium Iſaiæ de curatione peccatorum eſſe intelligendum, illud nihilominus referri ab Euangelista ad corporum curationem, non quia verba Iſaiæ hanc curationem expreſſe ſignificent, ſed quia, vt ait Rupertus, *Opus ſuum, quod eſt anima agriſtudines ſanare, Chriſtus cepit ab egrotatione corporum operari, vt dum prius illas viſibiliter curaret, medicus verus innotereſceret, & tunc demum ad curandus egrotationes animarum perueniret*. Quare, vt admonet Titelmannus, Iſaiæ testimonium de morbis corporalibus minus principaliter intelligendum eſt. Erat enim eorum curatio ſignum, & confirmatio interioris ſanationis. Cum ergo dixit Iſaias, *Vere languores noſtros ipſe tulit*, optima ratione intellexit morborum ſpiritualium ſanationem, quam Chriſtus operaturus erat, ab ipſo etiam ſignificandam, & confirmandam eſſe curatione corporaliū morborum: expreſſa tamen illis verbis ſolam languorum ſpiritualium ſanationem, corporaliū autem tacite ſolum indicauit. Idcirco non opus eſt, verbum, *tulit*, alio modo interpretari, quam ſuperius explicatum eſt, pro eo quod eſt portare. Non enim refertur ad morbos corporales, & ſpiritualis ſimul, ſed tantum ad ſpirituales. Nam corporaliū curationem hiſ verbis Iſaias non expreſſit, ſed inſinuaui.

CAPVT. VI.

15. Locus Iſaiæ, *Generationem eius quis enarrabit?*

Vltimus locus eſt Iſaiæ 53. *Generationem eius quis enarrabit?* quem de æterna Chriſti generatione intelligit Clemens Papa in epiſt. 1. Euseb. de præparat. Euang. lib. 1. c. 8. Cyril. lib. 2. de Trin. Baſil. lib. 1. contra Eunomium, Iuſtin. in dial. cum Trypho. Chryſoſt. homil. 1. de incomprehenſib. nat. Dei in 5. rom. & homil. 2. in Matth. Aug. lib. 1. de ſymbol. ad Cathedum. c. 3. & lib. 2. c. 3. De temporalī vero generatione interpretantur Iuſtin. lib. quæſt. à Gentibus poſitarum q. 67. Tertul. libr. aduerſus Iudæos c. 13. Chryſoſt. rom. 8. homil. de laudibus Ioannis Baptiſtæ.

Sunt etiam tres alie huius loci interpretationes, quæ recentioribus magis probantur. Verba enim Iſaiæ ſunt. *De anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit?* Prima expoſitio eſt, *prolem eius quis enarrabit?* iuxta illud euſdem capſi poſuerit, *pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæum*. Secunda interpretatio accipit generationem pro Chriſti peregrinatione in hac vita mortali. Tertia denique generationem intelligit gentem illius ſeculi: admirans enim Propheta nefarium

Vſque, in 1. part. Tom. 1.

ſcelus illius populi, qui Chriſti ſanguine ſacrilegas ſuas manus maculauit, exclamat: *Generationem eius, hoc eſt, ſeculum illud malignum, quis enarrare poterit?* vox enim Hebræa aliis in locis ſignificat ſeculum. hoc eſt, homines alicuius ætatis, & ſeculi, Eccleſiaſtæ 1. *Generatio præterit, generatio aduenit*: & paſſim in Pſalmis, & Matthæus 12. c. Præuos, & incredulos homines generationem prauam, & adulteram appellauit.

Verum, vt colligitur ex doctrina præcedentis diſputationis, non debemus ita concedere plures ſenſus ſub eadem litera, vt inter ſe aliqua ratione non conueniant, ſed ita vt quali vnâ videantur ſubire rationem: huiusmodi autem non ſunt generatio Chriſti, proles Chriſtiani populi, peregrinatio Chriſti, & praua gens illius ſeculi: non ergo hæc omnia ſimul Scriptor eadem litera exprimere voluit. Duas quidē priores interpretationes, quas ex Patribus attulimus, eidem omnino literæ æque conuenire facile cōcederem; & ita huius loci duos ſenſus literales admitterem: neque enim videtur eſſe præter rem de generatione Chriſti æterna ſimul, & de temporalī Prophetam loqui, vbi de morte illius verba faciebat: cum enim probroſam Chriſti mortem prædiceret, in admirationem raptus, ad eandem magis exaggerandam, ſubiungit, *Generationem eius quis enarrabit?* vtræque autem Chriſti generatio, vt pote admiranda, & ineffabilis eadem ratione ad mortem Chriſti extollendam plurimum confert vtræque ergo merito ſignificatur à Propheta. Alia vero quæ retulimus, adeo ſunt inter ſe diuerſa, vt neque contextus, nec ſententia Prophetæ, ſi ea omnia complectatur, conſtare poſſit. Quare non placet mihi tranſlatio Forſij, qui vertit: *Seculum eius quis enarrabit?* hic enim non relinquitur locus expoſitionibus Patrum: debuit igitur cum vulgata transferre, *Generationem*. Si qua vero alia ſunt testimonia, quæ duos ſenſus literales contineant, ex doctrina ſuperioris diſputationis facile poſſunt dignoſci.

QVÆST. II. DE DEO.

An Deus ſit.

Q Via igitur principalis intentio huius ſacræ doctrinæ eſt, Dei cognitionem tradere, & non ſolum ſecundū quod in ſe eſt, ſed etiam ſecundum quod eſt principium rerum, & ſinis earum, & ſpecialiter rationalis creaturæ, vt ex dictis eſt manifeſtum, ad huius doctrinæ expoſitionem intendentes.

Primo, tractabimus de Deo.

Secundo, de motu rationalis creaturæ in Deum.

Tertio, de Chriſto, qui ſecundum quod homo, via eſt nobis tendendi in Deum.

Conſideratio autem de Deo tripartita erit.

Primo, namque cōſiderabimus ea, quæ ad eſſentiam diuinam pertinent.

Secundo, ea quæ pertinent ad diſtinctionem perſonarum.

Tertio, ea quæ pertinent ad proceſſum creaturarum ab ipſo.

G 3 Circa

16.

Eccleſiaſt. 1.
Matth. 12.

Reſicitur
recentior
ſententia.

Cōedit au-
tem in hoc
loco latere
duos ſenſus
literales.

Forſijus.

Artic. 7. q.
præced.

Circa essentiam vero diuinam
Primo, considerandum est an Deus sit.
Secundo, quomodo sit: vel potius quomodo non sit.

Tertio, considerandum erit de his, quæ ad operationem ipsius pertinent, scilicet de scientia, & de voluntate, & potentia.

Distributio, & ordo totius tractationis.

Absolutis iam in 1. qu. prolegomenis ad totam Theologicam tractationem necessarijs, aggredditur S. Doctor materiam sibi propositam, quam vniuersè in tres partes tribuit: Primam dicit esse de Deo: secundam de motu rationalis creaturæ in ipsum: tertiam de Christo, qui est via, qua rationalis creatura ad Deum tendit. Rursus disputationem de Deo, quam prima pars complectitur in tria membra partitur: in primo inquit tractari de ijs, quæ ad essentiam Dei spectant ab hac questione 2. vsque ad 26. in secundo, de Trinitate personarum, à quæst. 27. vsque ad 43. in tertio de creaturarum productione, quæ est opus Dei, à qu. 44. vsque in finem. Ex quibus omnibus 64. priores quæstiones, quæ inter alias habentur præcipuè his nostris commentarijs, & disputationibus explicandas, & illustrandas nunc elegimus. Exorditur autem hanc 1. partem à disputatione de Deo secundum se, eo quod sit subiectum huius Theologicæ disciplinæ, vt Scopum totius tractationis, ad quem reliqua omnia spectant, ostendat. Quam rationem ipse in proœmio huius quæstionis paucis indicauit. Ea igitur sola omittis alijs nobis sufficiat.

Neque vero hic ordo naturali modo, quem in cognoscendo Deum seruamus aliqua ratione aduersatur. Nam quanuis ex notitia rerum creaturarum in cognitionem Dei deueniamus quam ob causam & alijs rebus prius tractandis videbatur: 18. quia tamen hæc nostra Theologia exactam rerum creaturarum cognitionem ex philosophia supponit non debuit statim in principio de illis disputare: sed à Deo, quem sibi, vt Scopum proposuit, exordiri. Imo de alijs rebus, ita sobrie postea agere debet, vt non nisi quatenus ad Deum, vt ad causam, & finem ordinem habent, ex principijs præsertim reuelatis differat.

Demum cum dicimus Dei cognitionem ex rerum creaturarum cognitione comparari, non est ita accipiendum, vt aliarum rerum perfectam speculationem ad eam necessariam putemus. Sufficit enim earum rerum notitia, quas quisque etiam rudis quotidie videt, si ad eas aliquantulum considerationem conuertat. Nam instar illarum addendo, aut detrahendo, Deum cognoscere, & fidei nostræ doctrinam percipere potest, quantum viatori fas est. Non ergo opus fuit Theologiam nostram ab aliarum rerum consideratione exordiri. Fateor nihilominus ad eam exacte percipiendam necessarium esse perfectam Philosophiæ cognitionem, recte tamen ab ipso Deo tota ipsius incipit disputatio. Sed quare S. Doctor de subiecto Theologiæ disputet, An sit, cum aliarum scientiarum more id supponere deberet, dictum est disp. 10. c. 7.

Vtrum Deum esse, sit per se notum.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod Deum esse, sit per se notum. Illa enim nobis dicuntur per se nota, quorum cognitio nobis naturaliter inest, sicut patet de primis principijs. Sed sicut dicit Damasc. in princ. lib. sui, omnibus cognitio existendi Deum naturaliter est inserta: ergo Deum esse est per se notum.

2. Præterea. Illa dicuntur esse per se nota, quæ statim cognitis terminis cognoscuntur, quod Philosophus attribuit primis demonstrationis principijs, in 1. Post. Scito enim quid est totum, & quid pars, statim scitur, quod omne totum maius est sua parte: sed intellectus quid significet hoc nomen Deus, statim habetur, quod Deus est. Significatur enim hoc nomine id, quod maius significari non potest: maius autem est quod est in re, & in intellectu, quam quod est in intellectu tantum: unde cum intellectu hoc nomine Deus, statim sit in intellectu, sequitur etiam quod sit in re: ergo Deum esse est per se notum.

3. Præterea. Veritatem esse est per se notum: quia qui negat veritatem esse, concedit veritatem non esse: si enim veritas non est, verum est veritatem non esse: si autem est aliud verum, oportet quod veritas sit. Deus autem est ipsa veritas, Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita: Ergo Deum esse est per se notum.

Sed contra, nullus potest cogitare oppositum eius, quod est per se notum, vt patet per philosophum in 4. Met. & 1. Poster. circa prima demonstrationis principia cogitari autem potest oppositum eius, quod est Deum esse, secundum illud Psal. 52. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus: ergo Deum esse, non est per se notum.

Respondeo dicendum, quod contingit aliquid esse per se notum dupliciter, vno modo secundum se, & quoad nos. Ex hoc enim aliqua propositio est per se nota, quod prædicatum includitur in ratione subiecti, vt homo est animal: nam animal est de ratione hominis. Si igitur notum sit omnibus de prædicato, & de subiecto quid sit, propositio illa erit omnibus per se nota: sicut patet in primis demonstrationum principijs, quorum termini sunt quædam communia, quæ nullus ignorat, vt ens, & non ens, totum, & pars: & simil. Iam autem apud aliquos notum non sit prædicato, & sub-

11.
1. disp. 3. q. 1.
2. 2. Et 1. c. 6.
3. 1. c. 10. &
4. 1. c. 11. &
5. 1. c. 12.
6. 1. c. 13.
7. 1. c. 14.
8. 1. c. 15.
9. 1. c. 16.
10. 1. c. 17.
11. 1. c. 18.
12. 1. c. 19.
13. 1. c. 20.
14. 1. c. 21.
15. 1. c. 22.
16. 1. c. 23.
17. 1. c. 24.
18. 1. c. 25.
19. 1. c. 26.
20. 1. c. 27.
21. 1. c. 28.
22. 1. c. 29.
23. 1. c. 30.
24. 1. c. 31.
25. 1. c. 32.
26. 1. c. 33.
27. 1. c. 34.
28. 1. c. 35.
29. 1. c. 36.
30. 1. c. 37.
31. 1. c. 38.
32. 1. c. 39.
33. 1. c. 40.
34. 1. c. 41.
35. 1. c. 42.
36. 1. c. 43.
37. 1. c. 44.
38. 1. c. 45.
39. 1. c. 46.
40. 1. c. 47.
41. 1. c. 48.
42. 1. c. 49.
43. 1. c. 50.
44. 1. c. 51.
45. 1. c. 52.
46. 1. c. 53.
47. 1. c. 54.
48. 1. c. 55.
49. 1. c. 56.
50. 1. c. 57.
51. 1. c. 58.
52. 1. c. 59.
53. 1. c. 60.
54. 1. c. 61.
55. 1. c. 62.
56. 1. c. 63.
57. 1. c. 64.
58. 1. c. 65.
59. 1. c. 66.
60. 1. c. 67.
61. 1. c. 68.
62. 1. c. 69.
63. 1. c. 70.
64. 1. c. 71.
65. 1. c. 72.
66. 1. c. 73.
67. 1. c. 74.
68. 1. c. 75.
69. 1. c. 76.
70. 1. c. 77.
71. 1. c. 78.
72. 1. c. 79.
73. 1. c. 80.
74. 1. c. 81.
75. 1. c. 82.
76. 1. c. 83.
77. 1. c. 84.
78. 1. c. 85.
79. 1. c. 86.
80. 1. c. 87.
81. 1. c. 88.
82. 1. c. 89.
83. 1. c. 90.
84. 1. c. 91.
85. 1. c. 92.
86. 1. c. 93.
87. 1. c. 94.
88. 1. c. 95.
89. 1. c. 96.
90. 1. c. 97.
91. 1. c. 98.
92. 1. c. 99.
93. 1. c. 100.

1. po. 7. text.
ult. à m. d.
illius, &
text. 5. circa
fin. 4. met.
text. 9. in
nuitur 10. 1.
c. 3.

DISPUT. XIX.

De doctrina huius articuli.

Deum esse, omnibus etiam viatoribus esse per se notum, docuerunt Aegidius, & alij. cap. 1.

Communis, & verior sententia oppositum asserit. cap. 2.

Optima ratione premissa sententia probatur. cap. 3.

Diluuntur argumenta prioris sententiae. cap. 4.

CAP. I.

Deum esse, omnibus etiam viatoribus esse per se notum, docuerunt Aegidius, & alij.

Quoniam inter Doctores non satis conuenit, quid sit propositio per se nota, ut inferius patebit; tamen, ut intelligamus, in quo praesentis controuersiae difficultas posita sit, sufficit nobis scire, propositionem per se notam eam esse, cui non per aliam, sed per ipsam solum intellectus assensum praebet: est igitur quaestio inter Scolasticos, an haec propositio *Deus est*, ita sit hominibus nota, ut non per aliam, sed ex se ipsa ad sui assensum intellectum moueat. In qua controuersia prima opinio est Aegidij in d. 3. quaest. 2. additis solutionibus argumentorum. Thomae de Argentina q. 1. art. 3. Alberti 1. p. summae quaest. 17. 2. p. q. Antiodoreni 1. li. b. c. 2. praefationis, Nicolai de Lyran. illud Exod. 5. *Nescio Dominum & Israel non dimittam*, & Abulensi. in idem cap. q. 2. qui affirmant eam propositionem esse per se notam, non modo secundum se, ut S. Thom. & alij volunt, sed etiam viatoribus. Id quod in primis videtur docuisse Epicurus, cuius sententiam refert, & mirifice commendat Cicero lib. 1. de Natur. Deor. longe à principio, ubi postquam dixit, vulgi opiniones de Deo in maxima inconstantia, & ignoratione versari, subiungit: *Ea qui consideret, quam inconsulte, ac temere dicantur, venerari Epicurum, & in eorum ipsorum numero, de quibus haec quaestio est, habere debeat. Solus enim vidit primum esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quae enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum? quam appellat proleptin, Epicurus id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quari, nec disputari possit.* Haec Cicero. Cum ergo ex sententia Epicuri, Dei notio à natura impressa sit, consequitur, eam rationatione non comparari. Notio enim rationatione acquisita, non suapte natura, sed labore & studio animo inhaeret. Id quod clarius indicat, cum eam vocat anticipationem sine doctrina, quia sine doctore in animo gignitur, & omnem rationationem antecedit. Siquidem sine ipsa, inquit neque quicquam intelligi, neque disputari potest; quod proprium est principiorum, quae per se nota dicuntur.

Præterea ex Patribus primo id docuit Nazianzenus oratione 24. quae est in aduentu Aegyptiorum, ubi de Deo, quem Patres appellant, inquit: *Ac de Patre quidem quid dicere necesse est, cui vno consensu omnibus naturalibus animi notionibus edocti, atque imbuti parcamus.* Quae verba elucidans Elias Cretenensis ita scribit: *Ob id igitur de Patre nihil dicendum esse, tanquam pro certo ponit, propterea quod naturaliter nobis haec cognitio inistra sit, nempe Deum esse, cui etiam parere ait, id quod ab omnibus vno consensu conceditur, vtpote naturalibus Deo notionibus iam imbutis, ac subactis.*

subiecto quid sit, propositio quidē, quantum in se est, erit per se nota, non tamen apud illos, qui praedicatum, & subiectum propositionis ignorant. Et ideo contingit, ut dicit Boet. in lib. de hebdom. quod quaedam sunt communes animi conceptiones, & per se notae apud sapientes tantum: ut incorporalia in loco non esse. Dico ergo quod haec propositio, *Deus est*, quantum in se est, per se nota est: quia praedicatum est idem cum subiecto. Deus enim est suum esse, ut infra patebit. Sed quia nos non scimus de Deo quid est, non est nobis per se nota, sed indiget demonstrari per ea, quae sunt magis nota quoad nos, & minus nota quoad naturam, scilicet per effectus.

Ad primum ergo dicendum, quod cognoscere Deum esse in aliquo communi sub quadam confusione, est nobis naturaliter insertum, in quantum scilicet Deus est hominis beatitudo: homo enim naturaliter desiderat beatitudinē: & quod naturaliter desideratur ab homine, naturaliter cognoscitur ab eodem. Sed hoc non est simpliciter cognoscere Deum esse, sicut cognoscere venientem, non est cognoscere Petrum, quantum sit Petrus veniens: multi enim perfectum hominis bonum, quod est beatitudo, existimant diuitias, quidam vero voluptates; quidam autem aliquid aliud.

Ad secundum dicendum, quod forte ille, qui audit hoc nomen Deus, non intelligit significari aliquid, quo maius cogitari non possit, cum quidam crediderint Deum esse corpus. Dato etiam, quod quilibet intelligat hoc nomine Deus significari hoc quod dicitur, scilicet illud, quo maius cogitari non potest; non tamen propter hoc sequitur, quod intelligat id, quod significatur per nomen. Sic in rerum natura, sed in apprehensione intellectus tantum. Nec potest argui quod sit in re, nisi daretur, quod sit in re aliquid, quo maius cogitari non potest: quod non est datum à ponentibus Deum non esse.

Ad tertium dicendum, quod veritatem esse in communi, est per se notum: sed primam veritatem esse, hoc non est per se notum quoad nos.

Vnica hac conclusione tota artic. doctrina continetur: *Deum esse, est propositio per se nota secundum se; nobis tamen non est, sed indiget per alia demonstrari.*

Aegid.

Argent.

Alberti.

Antioch.

Lyra.

Abulensi.

Epicur.

Cicero.

Nazian.

Asseruntur

Patres pro

hac senten-

tia.

Elias.